



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Poggii Florentini Oratoris || Clarissimi, Ac Sedis Apo.||  
Secretarii Opervm ||**

**Poggio Bracciolini, Gian Francesco**

**Argentinae, 1513**

**VD16 ZV 12623**

Philippo suo breuis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14341**

plura arma / quae leges valerent. Nequicia Clodij conseruatore patriae expulsi Marci  
cum Tullium Ciceronem: quem postea gloriam solitum accepimus: se Italia huius  
meritis in patriam reportatum. Quae plures praeterea historiae memorant summos ac  
clarissimos viros similem exitum sortitos. Sed hos quatuor tantum retuli: ne mireris  
causam tuam: cum videas tot patriae conseruatores / tanta stirum meritorum praes  
mia reportasse: quibus licet neque fama hominum / neque gestarum rerum gloria par  
excitasse: eandem tamen ingratitudinis fortem perpelessis / parem quoque laudem una  
in re tibi & tuis posteris peperisti. Hoc enim tuis meritis ad sempiternam hominum  
famam censeo ascribendum: quod cum praesentibus quid aduersus te statueret: obtem  
perare tamen magistratus imperio satius duxisti: quam aut oblitescere / aut aliqua ex par  
terem publicam conturbare. Cum enim ( ut plures ferunt ) potuisses vel armis /  
vel fauore populi vim paratam propellere: rectius esse putasti / accipe quam propul  
sare iniuriam. Et quoniam tales motus nequaquam eos quos nonnulli sibi proponunt  
exitus sortuntur: more superiorum quos retuli / consulens quieti patriae / & civium tran  
quillitati: prudenti consilio passus es potius hanc repentinam procellam in te tuis  
omnes solos descendere / quam quemptam excitare tumultum / quo ciuitas in aliquo gra  
uius discrimen posset adduci. Quo uno facto non solum nostrorum / sed praesentium  
quoque hominum gloriam coequalisti. Quid enim laudabilius / quid saluti hominum ac  
commodatius: quam velle periclitari solum / ut ceteri ab imminente tempestate periculo  
saluarentur? Ea unica est virtus quae alias omnes exuperat: consulere communi ocio &  
patriae hoc boni viri & praestantis ciuis officium / publicum bonum anteponeere pri  
uato. Hoc acceptissimum patrocinium: se unum pro patriae salute occumbere malle /  
quam multos perire. Hac duce virtute tuum plures aliae creuerunt: tum vero maxime ro  
mana res publica rerum potita est. Praeclarissimarum ergo virtutum praesidio septum  
non succensere / sed gratulari te potius fortiter deceat: quae illa exerceo excitauit  
atque in illud certamen eduxit / quod tibi summam laudem preberet / & gratiam semper  
nam. Quae quidem duae res cum viris bonis sint maxime appetendae: virtutis enim ex  
sunt praemia: fructus bonis tuis tranquillo ac pacato animo vitens: atque ubique sus  
censu patriam tibi dignitatem / tibi rem publicam esse putes: & quidem eo melio  
rem / quo diuturnior ac firmiter sit futura. Vale. & parce verbositate meae: quae a  
magna mea erga te beniuolentia profecta est. Rome.

Poggius florentinus Philippo suo S.D.P.

Et verbis tecum / & postmodum litteris egi: ut velles esse nobis consultor atque  
adiutor in causa Angeli de Genezano / ut fiat ciuis: cum ea conditione de qua tes  
cum locutus sum. Verum adhuc neque tentatum / neque actum est: quia nequaquam tibi  
bi / aut Serpaulo visum est tempus id poscere. Nunc constituit rem aggredi: si ac  
cedat ad tuum & aliorum consilium. Quamquam quidem nunc commode posse fieri  
ri dicant. Ideo te rogo: ut estimes non Angeli / sed meum negotium agi. Huic enim  
cupio satisfacere propter eius in me beniuolentiam. Suscipias hanc rem oro: & nos  
consilio atque auxilio adiutura. Multa potes non solum scribendo / componendoque  
hoc decretum: sed & firmando. Serpaulus tecum loquetur hac de re: duo estis  
huiusmodi rerum peritissimi / quos nihil potest fugere. Cura igitur ut intelligam  
tuam operam Angelo plurimum profuisse: quod erit mihi gratissimum. Vale.  
Rome.

Poggius florentinus Albertho suo S.D.P.

Tantum abest mihi Alberthe / ut grauer feram quae a te scribuntur: ut etiam  
maximas tibi & habeam & debeam gratias: quod me pro tua in me beniuolentia &  
charitate admonere voluisti eorum / in quibus me aberrasse in meis litteris tibi  
tratus es. Non enim sum is qui tantum meis viribus confidam: ut non aliorum quos

Patria Cof  
mi.

Excusato  
ria suscipis,